

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 8682

**Auteur(s)** : Jean sans Terre, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Neufchâtel-en-Saosnois, Notre-Dame de Perseigne (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1199, 7 juillet

**Lieu d'émission** : Le Vaudreuil

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

CHARTRE DE JEAN ROY D'ANGLETERRE. — Jean-sans-Terre, comme successeur de Richard Cœur-de-Lion reconnaît les privilèges et les possessions de l'abbaye ; il confirme les chartes de ses prédécesseurs ainsi que celles des donateurs. 17 juillet 1199.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fleury Gabriel, *Cartulaire de l'Abbaye cistercienne de Perseigne*, Mamers, Fleury et Dangin, 1880, n° XVIII, p. 48-49.

Texte d'après a

Johannes Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitanie et comes andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justitiariis, vicecomitibus, prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos concessisse et presenti charta nostra confirmasse Deo et Beate Marie de Persenia et monachis ibidem Deo servientibus locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Grangiam de Clarofonte. Grangiam de Thusca. Grangiam de Haais. Grangiam de Sancto Jacobo. Grangiam de Altanosia et grangiam de Monte-Populano cum omnibus pertinentiis earum et omnes donationes terrarum et hominum et domorum in burgo et extra et eleemosynarum que eis facte sunt tam in decimis quam in rebus et possessionibus mundanis. Specialiter autem quicquid habent in castello et in tota castellaria de Alentione, scilicet grangiam de Malaffia cum suo bosco Malaffie, quem ex toto concedimus eis et confirmamus ut eum libere et quiete et absque ulla contradictione perpetuo teneant et possideant citra ductum aque que dicitur Sorel et ultra. Agros etiam et prata de la Laire. Willermum etiam filium Hamonis de Alentione et heredes ejus et domum ejus quam comes Willermus prefato monasterio dedit et concessit. Census etiam quos habent in Alentione et domum Johannis Barate unde dimidium modium avene solvebant annuatim, quem eis in perpetuam eleemosynam remittimus. Concedimus etiam eis eleemosynam illam quam Gaufridus Pilot fecit, scilicet tertiam partem terre sue cum omnibus catallis suis. Concedimus etiam eis usuriam per omnes forestas comitis Willermi ad omnia necessaria sua et precipue in foresta de Escoviis sicut in cartis ejusdem comitis Willermi continetur. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti monachi habeant et teneant omnes possessiones suas et eleemosynas suas cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quictanciis suis in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in stagnis et mariscis, in vivariis et piscariis et nominatim piscaturam de Roeleis, quam eis carta Willermi comitis dat et confirmat, et quam volumus et precipimus ut habeant et in pace nostra teneant in grangiis et decimis, vineis et aliis possessionibus et rebus suis in omnibus locis et in omnibus rebus solutas, liberas et quietas

res suas habeant de taillagiis et de operatione castellorum, pontium et quietas omni theloneo et pedagio et passagio et pontagio et stallagio et omni seculari servitio et exactione et opere servili et omni alia consuetudine ubicunque in terra nostra vel dominico nostro aliquid emerint vel vendiderint, sicut carta fratris nostri bone memorie Richardi regis testatur. Testibus Eustachio eliensi episcopo, comite Willermo Marescallo, Petro de P[ra]tell[is], Willermo de Stagno. Datum per manum Huberti, cantuariensis archiepiscopi cancellarii nostri, decima septima die julii apud Vallem Rodolii, regni nostri anno primo.